

nutritionem, eò quòd ipsa non nutriat, unde quanto
 cibus magis aqueus est, tanto minus nutrit. Me-
 lius igitur uinũ cum cibo permiscetur, quod non so-
 lum non impedit nutritionem, uerum etiam multũ in-
 uat, maximè si quidem & uelocissimè nutrit, et in-
 staurat, ut dictum est supra. Insuper notandum, ad
 quæ potum edenti non solum nocere, sed etiam plu-
 ribus alijs, ut refert Auicenna 3. 1. Doctr. 2. cap. 8.
 Primo enim nocet homini ieiuno, ita enim pene-
 trat aqua sumpta nullo retinaculo impedita, usq;
 ad intima membrorum principalium, extinguens
 calorem innatum. Et hoc uerum est in homine uerè
 ieiuno. Ebrio enim quandoq; confert, neq; ip-
 se inde lesionem sentit, si ieiunus aquam bibat,
 quia ieiunus ebrius non est prorsus ieiunus, ne-
 que stomacho uacuo, sed habet reliquias aliquas
 hesternæ crapulæ, quarum nitrositas per aquam
 mitigatur, & ita stomachus abluatur, & repres-
 sis uaporibus ac fumis preparatur receptio
 ni noui nutrimenti. Secundo, homini exerci-
 tato exercitio ferti nocet, & similiter statim à
 coitu, nam tum corporis pori aperti sunt, qua-
 re penetrat aqua in profunda membrorum, extin-
 guens calorem innatũ, qui & post coitũ debilitatus
 est. Tertio, nocet statim à balneo, et maximè si hoc
 fiat stomacho uacuo, tũ enim uia uebementer aper-
 ta sunt, quare ledens aqua penetrat, ut dictum est.